

bus, quibus vita pastoralis exercita <est> et ideo velut aurei saeculi speciem in huiusmodi personarum simplicitate cognosci, et merito Vergilium processurum ad alia carmina  
 245 non aliunde coepisse nisi ab ea vita, quae prima in terris fuit. nam postea rura culta et ad postremum pro cultis et feracibus terris bella suscepta. quod videtur Vergilius in ipso ordine operum suorum voluisse monstrare cum pastores primo deinde agricolas canit et ad ultimum bellatores.  
 250 restat ut, quae causa voluntatem' attulerit poetae bucolica potissimum conscribendi considerare debeamus. aut enim dulcedine carminis Theocriti ad imitationem eius illectus est, aut ordinem temporum secutus est circa vitam humanam, quod supra diximus, aut cum tres modi sint elocutionum, quos *χαρακτῆρας* Graeci vocant, *ἰσχνός* qui tenuis, *μέσος* qui moderatus, *ἄδρός* qui validus intellegitur, credibile erit Vergilium, qui in omni genere praevaleret bucolica ad primum modum, georgica ad secundum, Aeneidem ad tertium voluisse conferre. an ideo potius bucolica scripsit,

242 poribus, quibus (*K*, qui litis? *C*) vita pastoralis exercita fuit et ideo velut aurei (*C*, aviti *K*) saeculi speciem in huiusmodi (*K*, h scissura modi *C*) personarum simplicitate cognosci. cepit ergo Virgilius ab ea vita, quae prima fuit in terris. postquam rura culta inde pro cultis et feracibus terris bella suscepta sunt.

250 causa autem voluntatis cur hoc potius Virgilius elegit est (*K*, et *C*) quod dulcedine carminis Theocriti ad imitationem eius illectus est vel ordinem temporis secutus circa humanam vitam, ut diximus, vel secundum tres modos elocutionum quos (*K*, quo *C*) Graeci characteras (*K*, characteres *C*) vocant iusta (*CK sic!*) tenuem bucolica, iusta (*CK*) medium georgica, iusta (*CK*) altum Aeneida fecit (*C*, corr. ex fuit *K*<sup>1</sup>); utpote qui in omni genere valuit vel potius bucolica fecit ut in eiusmodi poemate quod (?*CK*) magis va-